

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 17. An excusatur à Confessione, qui confiteri nequit nisi per  
interpretē?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

tem modum perficiendi Sacramentum: nam verba sunt aliis signis longè aptiora ad significandum, & ex S. August. tenent in significando principatum. 3. Ex Florent. requirente Confessionem oris, & ex Benedicto XI. in Extrav. *Inter cunctas de Privil.* ibi: nisi articulus necessitatis occurrat, Sacerdoti facienda oris Confessio exigitur. Etverò alia signa non sunt inducta, nisi in supplementum verborum vocalium.

*Resp. III.* Qui voce non potest, tenetur aliis signis, etiam scripto, confiteri, etiam extra mortis periculum. Quia præceptum confitendi, obligat saltem, cum sine gravi damno Confessioni extrinseco observari potest. At hic modus confitendi nullum damnum saltem grave affert. Neque Scriptura est per se instrumentum publicationi obnoxium, & potest statim comburi vel lacerari.

**Q. 17.** *An excusatū à Confessione, qui confiteri nequit nisi per interprētem?*

*Not.* Ex Trid. sess. 14. c. 5. neque est necessarium jure divino, ut Confessio publicè fiat, sed valet Confessio secreta & auricularis; neque à Christo prohibitus modus publicè confitendi. Unde ex communi valet Confessio sive secreto, sive publicè fiat; nam ad valorem Sacramenti solum requiritur accusatio peccatorum facta Sacerdoti ut judici: hac autem potest esse utroque hoc modo.

*Resp.*

nam  
gnifi-  
can-  
rente  
nEx-  
iculus  
oris  
n sunt  
n vo-  
r allus  
extra  
confi-  
amho  
. At  
Saltem  
se in-  
potest  
  
nfilteri  
  
est ne-  
publice  
laris;  
publice  
Con-  
am ad  
ccusa-  
hac  
  
Resp.

Resp. Multi docent neminem ex vi præcepti Confessionis obligari ad confitendum per interpres, licet rectè possit, eò quod Christus nos non obligarit ad declaranda peccata, nisi soli Sacerdoti absolutionis Ministro; nec ex Trid. less. 14. c. 5. Christus præcepit ut peccata declararentur publicè, id est, coram aliis. Præterea Conc. Later. 4. præcipit solum ut Pœnitens omnia sua solus peccata confiteatur Sacerdoti.

Tamen S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. a. 4. q. 3. Postquam dixit: *In eo qui usum linguae non habet, sicut mutus, vel qui est alterius linguae, sufficit quod per Scriptum, aut nutum, aut interpres, confiteatur, quia non exigitur ab homine plus quam possit.* Ait generatim: *Quando non possumus uno modo, debemus secundum quod possumus confiteri.* Certè ad id tenemur saltem ex præcepto charitatis propriæ, si alioqui diu abstinentium esset à Confessione: quia tunc periculum esset diu permanendi in peccato, cum difficile sit, nec ita frequens habere Contritionem perfectam; hæcque obligatio maximè urget in periculo mortis, ubi tenentur omnia media tutiora adhibere ad salutem consequendam. Non pauci autem dicunt sufficeret tunc confiteri per interpres aliquod dunt taxat peccatum, accusando se de cœteris in generali: nam *integra* peccatorum Confessio, præcepta est, dum moraliter fieri potest soli Sacerdoti. Sed De Lugo docet præceptum

divi-

divinum obligare ad confitendum in articulo mortis omnia mortalia per interpretem, eo quod manifestatio peccati apud duos sigillo obstrictos non sit detrimentum ita grave, ut propter illud præceptum divinum confitendi omnia mortalia prorsus omittatur, & non tantum differatur. Neque talis Confessio potest censeri publica, sicut neque est publica Confessio quâ idem peccatum reservatum manifestatur Superiori, & inferiori. Additque ob eandem rationem nos teneri in articulo mortis confiteri omnia mortalia, etiamsi sciremus Sacerdotem aliquid revelatum alteri, si nullum aliud malum timeatur, nisi meritoria peccati manens in uno alio, qui taliorum in nullius præjudicium possit uti. Ethoc puto servandum in præxi.

**Q. 18.** *An Confessio Sacerdoti præsenti necessario fieri debet?*

*Resp.* Aff. Prob. 1; ex usu totius Ecclesiaz. 2. Ex Tridentino sess. 14. c. 2. Christus eos, qui se post Baptismum crimen aliquo contaminarunt, ante hoc Tribunal (Sacramenti Pœnitentiae) tanquam reos sisti voluit. Ergo ex institutione Christi ad validam absolutionem requiritur, ut Pœnitens coram Sacerdote judece sistatur, & personaliter compareat. 3. Quia ante absolutionem per se loquendo nescie esse est, ut Sacerdos expendat causam, ac præsentem dispositionem Pœnitentis; & de ejus statu ac debitâ dispositione prudenter ju-

*Dicit;*